

**P**restantissimo grauissimoq; patri **G**ofrido **B**offardo studiū **P**arisienſis cancellario meritiſſimo: **B**ertholdus **R**embolt. **S. P. D.**



**S**olent non vulgares modo: verumetiam qui gradu insigni ori cæteros antecellunt humanissime pater: xeniola quedam quos obseruant: colunt: demirantur: nouo ineunte anno transmittere. vt vna cum renouato tempore: animus illorū imdiu partam ex munusculo transmissio dedaret in nouatā & nunquaz emorientem beniuolentiam. **T**u vero is in primis maxime omnium visus es: cui id facere deberē: cui xeniolam nouam trāsmitterem. nam & de me optime meritus es: & abs te non pauca suscepi beneficia: quorum me minime decet esse immemorem. **P**arauit itaq; paternitati tuæ: non solum de me (vt iam dixi) sed de toto nostro clarissimo **P**arisienſi studio optime merita xeniolæ: compendium videlicet omnium librorum **D**iuiparis: summiq; olim pontificis **G**regoriū a studioso patre **A**lulpho **T**ornacensi monacho: multa vtilitate ac dignitate collectum: quod ex omnibus ipsius diui **G**regoriū operibus secundū varia argumentorū genera excerptis: & tribus digessit voluminibus. quæ nihil aliud: quā merā pietatē: religionēq; redolent. **P**robatur **F**lorus: probatur **B**eda & vterq; monachus: quæ ex libris diui patris augustini egregium in beatissimi **P**auli epistolâ texuerit cōmentariū. & id quod a **B**eda elaboratum est: tua diligentia: tuaq; recognitiōis grauissima censura: nostri typi ad omnes transmiserunt. **P**robatur **E**ugipius: quæ quippiā simile ex operibus **A**ugustini selegit: quale hic **A**lulphus ex **G**regoriū. **Q**uare non dubitauerim te hoc opus probaturum: & omnes qui pio & docto (vt tu) præditi sunt ingenio. **A**ccipe igitur pollicitum deuotumq; tibi initialis anni munusculum nostrum: in quo agnosce animum nostrū tibi semper promptissimū: & adeo quod etiam ex munere nunquā satis expromi possit. **T**uus fuit **B**ertholdus: tuus est: tuusq; manebit. **N**ec vero dignū fuerit: vt is cuius opa atq; beneficio opus hoc eximium consecutus sum: merita laude fraudetur. **I**s re vera fuit **R**euerendus in **C**hristo pater: omni vitæ sinceritate: & probitate cōmēdatus. **D.** **L**udouicus **P**inellus **M**eldensis episcopus. qui ea dignitate in hoc preclarissimo bonarum litterarum gymnasio prius fulgebat: qua tu nunc clares atq; micat. **T**u eius in ea cancellariatus dignitate proxim⁹ es successor. dignus igitur vel maxime omnium vnus es: cui hoc beneficij eius opus succedat: cui etiam proxime dirigatur. **V**ale ergo semper successu prospero: nostro studio nostrisq; studiosis auspiciatissimus **P**arisienſis. **P**ridie **C**alendas **I**anuarias. **M. D. xv.**